Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Iustus peccator expectat, et expec
tatio odoratio est. Nam expec
tatio enim creature reuelacionem
filiorum dei expectat. Porro
spectare gustare est et videre
quam suauis est dominus. Cum potius
iustus qui expectat, et qui iam
tenet beatus. Denique expectatio
iustorum iustitia leticia. Nam
peccator nichil expectat. Et inde
peccator quia bonis presentibus non modo
detentus, sed et contentus ni
hil in futurum expectat. Sicut dicitur
ad vocem illam: Expecta me
dicit dominus in die resurrectionis
mee in futurum. Et ideo iustus
erat Symeon, quia expecta
bat et adorabat iam Christum in
spiritu, quem necdum in carne
adorabat. Et beatus in expectacione
sua, quia per odorem expectacio
nis peruenit ad gustum con
templacionis. Denique ait: Et vi
derunt oculi mei salutare tuum.
Iustus quoque Abraham qui et ip
se expectauit ut videret diem domini
et non est confusus ab expecta
cione sua, nam vidit et gauisus
est. Iusti apostoli iam audierant:
Et vos similes hominibus expectan
tibus dominum suum. Ipse est quar
tus de numero ructatorum
meorum prenominatorum, quem
pene preterieram. Non expe
dit quidem. Iste os suum aperuit
et attraxit spiritum, et saturatus

non modo eructauit sed et cantat.
Ihesu bone quantum meis nari
bus et auribus iste infudit
suauitatem in ructu et cantu
suo de oleo leticie quo vnxit te
deus pre consortibus tuis. Et mir
ra et gutta et cassia a vestimentis
tuis a domibus eburneis ex
quibus delectauerunt te filie re
gum in honore tuo. Utinam
me digneris occursu tanti va
tis et amici tui in die sollempni
tatis et leticie qua egreditur de
thalamo epithalamium suum
canens in psalterio iocundo cum
cythara, affluens deliciis, re
spersus et respergens vniuersos
huiusmodi puluere pigmentario
In illa die vel potius in illa
hora. Nam hora et signum est, et
fortassis ne hora quidem, sed
hore dimidium, iuxta illud scrip
ture: factum est silencium in ce
lo quasi media hora. Ergo in il
la hora replebitur gaudio os
meum, et lingua mea exulta
bit. Dum singulos non dico psal
mos sed versus singulos senti
am ructum equidem odorife
ros super omnia aromata.
Quid Iohannis ructu flagrancius
qui verbi vitam redolet eterni
tatem, generationem diuinitate.
Quid de Pauli ructibus loquar,
quanta orbem suauitate reple
uerit. Denique Christi bonus odor
erat in omni loco. Verba certe